

1303. 14. Julii

Ex Libro Privilegior. Cap. Cracovię

713.

Dasko de Drzymekow recognoscit,  
quia suam hereditatem in Trampki,  
et Daryjere Joanni Muskata Epi-  
scopo Cracoviensi vendidit.

221

In Nomine Domini Amen. Quoniam  
ea, que in publica audientia, et coram  
Personis Publicis fuerint, decet perpetuo  
esse mensura. Ideo nos Ulrichus de Bo-  
skowicz Capitaneus Cracoviensis et Sando-  
miriensis ad memoriam perpetuam  
omnium et singulorum cupimus deve-  
nire. Et Nobilis Vir Dasko de Drymu-  
com filius Wislai felix memorie Pri-  
die Idus Julii coram nobis personali-  
ter constitutus publice et clare, libera  
et spontanea voluntate confessus est se ven-  
didisse et tradidisse, bona sua hereditaria  
cum omni jure, et pertinentiis, que ha-  
buit in Trampki et Daryjere Venerabili  
Domino Joanni Dei Gratia Cracoviensi Epi-  
scopo, et suis successoribus jure heredi-  
tario, tenenda, possidenda ad omnem Ul-  
rum convertenda, danda, tradenda, ali-  
enanda, Nihil sibi juris vel actionis  
in predictis bonis penitus reservando.  
Et in signum venditionis, et traditi-  
onis bonorum predictorum, et Cessionis

Nobili

cccc



Nobili Viro Ingrano de Medlow pallii  
suum tradidit, et dedit, Qui nomine Di-  
ci Domini Episcopi prefata bona re-  
cepit, utpote ad hoc missus, et speciali-  
ter Deputatus, Confessus, est etiam Ditus  
Pasco recepisse, Vigiinti Septem mar-  
carum, et Dimidies argenti acceptam  
lataque tulisse. Actum apud Cracovi-  
am in Castro Anno Domini Mille-  
simo Trecentesimo Tertio. Vridie Idus  
Julii. Presentibus Discretis Viris Petro  
de Milin Hardewode Wichmal Bor-  
laco De Culpen Henrico Advocato  
Cracoviensi, Conrado de Chuch, et aliis  
quam pluribus personis Idoneis et  
honestis. In Cujus rei testimonium  
et evidentiam certiore, memoriamque  
perpetuam presentis fecimus sigilli  
nostri munimine roborari.